Quelle: http://manuscripta.at/?ID=9001
Copyright: Melk, Benediktinerstift



D. IIII.

D. V. Fulgentius clarus episcopus his temporibus; que floruit sancta brigida in scotia miraculis potentissimis et probatis

D. VI. Theodoricus victis francis galli subiecit.

temporibus Iohannis pape primi nominis
Illo tempore frantigene a primo receperunt fidem christianam

D. VII. Ludowicus rex alamannos diuinum in uocans auxilium. bello uicit atque subiecit.

D. VIII. Gens noricorum prius expulsa reuertitur ad quam sedes s. babariam et austriam cum duce eorum Theodone latinis idem romanis eiecit qui Theodo dux et cui Theodo ii successit hic quoque norici dicti a norice innominato norix nomine hercule filio

D. VIIII. Sub hoc anastasio diuersis ubique bellis romanus populus fatigatur.

D. X. Tunc claruit sanctus leodegarius sanctus arnolfus sancta genofeua et sanctus sigismundus rex burgundie qui in augusto monasterium sancti mauricii construxit et dicauit propriam quam filiam suam nouerca fredente peremit

D. XI. Vitalianus cum scytis aduersus anastasium rebellat.

D. XII. Uerus et populus rome pacificantur.

D. XIII. Theodoricus filiam suam amalsuitam eutharico dedit.

D. XIIII. Symachus papa obiit hormisda successit

D. XV. Vitalianus sepe milites anastasii uincens. ipsum irridens spreuit.

D. XVI. Nondum eo tempore alluuius rex longobardorum iuxta quem dam latum equitans cum suo exercitu tandem vii moros inueniens quos cum pro mercede edidit et abiecit admirans rex quid esset cum lancea reuoluit quod in latum fluctuantes sed unum puer exilli lancea apprehendens fortiter tenuit. Hunc educauit qui processu temporis dux factus plurimas indicia multa reliquit

D. XVII. Anastasius heresi fauens euticeus et catholicos persequens diuino fulmine periit. maior octogenario.